


**Programma, Quo Ad Natalem Salvatoris Nostri Jesu Christi, Iubilaeum toti Christiano orbi solemnem & fanctum, pie celebrandum, cives Academici monentur**

Rostochii: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734368720>

Druck Freier  Zugang



Th. Lindemann. 1-3  
R.-U. Progr. 1619/a



PROGRAMMA,

Quo AD

NATALEM  
SALVATORIS  
NOSTRI JESU  
CHRISTI,

Jubilæum toti Christiano orbi  
solemnem & sanctum, piè celebrandum,  
cives Academici monentur.

P. P.

RECTORE


THOMA LINDEMANNO  
J. D. ET PROFESSORE  
ORDINARIO.



ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XIX.





Elebrat & recolit hodie Ecclesia DEI JUBILAEUM Univer-  
salem, non Judaicum à Moë-  
se quondam indictum, non Pa-  
pisticum à Bonifacio octavo,  
Clemente, & Urbano sexto,  
Sixto quinto, Nicolao quarto  
Alexandro sexto & Juliano quarto superstitione  
adinventum, subinde interpolatum, mangoniza-  
tum, non Academicum Semidei Eoergetis nostris  
dicatum, sed à Jehova ipso in paradiso decretum,  
promissum, à patriarchis fide praevisum & spe in-  
dubitata a vidè expectatum, à Prophetis prædictū,  
ab Angelis ceu caduceatoribus caelestibus annun-  
ciatum, à pastoribus decantatum, ab ipsis brutis a-  
nimantibus agnitum, Natalem duplicem veteris  
& novi Adami, redempti & redemptoris, utrumq;  
mirabilem solemnè & pia festiuitate representan-  
tem. Quis enim non miretur & humano generi  
gratetur istum diem, quo Adam primus ex limo  
terrae ad DEI imaginem formatus, mundi Rex, o-  
mniumq; creaturarum Dominus inauguratus &  
salutatus est? Quis vero non stupeat, ad Adami  
secundi hodiernum natalem? quo non homo creatus,  
aut natus, sed DEUS ipse homo natus: non ad simi-  
litudi-

litudinem DEI effigiatus, sed imagine nostra indu-  
tus est. Primo natali primus Adamus factus est  
particeps honorum divinorum, hodie vero Adam  
novus est particeps factus malorum nostrorum: illo  
die primus homo in amœna tempe Edeni horti collo-  
catus, hoc die homo, ex horto paradisiaco ejectus, ex  
inferorum faucibus ereptus per DEUM hominẽ natũ  
coelesti paradiso restitutus est. Natus est hodie qui  
nos creavit, datus ex divinitate, natus ex virgine,  
natus qui sentiret occasum, datus qui nesciret exor-  
dium: Natus qui matre esset junior, datus quo nec  
pater esset antiquior. Natus qui moreretur, datus  
ex quo vita nasceretur, atq; sic qui erat datus est,  
qui non erat, natus est. Virgo procreavit hanc sobo-  
lem, nullum sobolis procreandæ experta maritum:  
Creator ex creatura nasci dignatur, mater innupta  
ventris sui partum miratur & auctoris sui auctor  
efficitur. Natus hic Adamus vagit in cunis, to-  
nat in caelis, involvitur fascijs qui dominatur in nu-  
bibus. Obstupescit miraculum hocce omnis crea-  
tura, cui simile quid non vidit ulla ætas, vel natura.  
Viderunt quidem patres innumera admiranda:  
Cælum illis roravit escas angelicas, lapis durissimus  
dulcissimos stillavit liquores, Jordanus se didens,  
perpetem meatum stitit, sol cursum mutavit, fer-  
rum naturæ adversum natavit: Sed nullis seculis

A 2

audi-

auditum nedum visum, imò extra humani generis  
aleam positum est, filium unigenitū altissimi, quem  
tremes angelorum suscipiunt & venerantur po-  
testates, assumpta humanā naturā hominem nasci,  
& pro hominibus damnatis sacrificium exhiberi.

Hunc diem videre patres voverunt, a vidè ex-  
spectarunt, & quò oculis humanis, obducto Mo-  
saico velo, pertingere non valuerunt, fidei & spei  
spiritus radijs aspirarunt & contenderunt, imo ty-  
pis & figuris diem hunc adumbrantibus, mirificè se  
oblectarunt & gavisi sunt.

Hujus diei adventum Patriarcha Jacobo scala  
mirabilis cœlum tangens, Angelis ascensum & de-  
scensum præbens, præfiguravit. Hujus diei desi-  
derio accensus idem patriarcha luctam ingressus est  
cum homine divino, eumq; veræ fiducie lacertis cõ-  
prehēdens, ante acceptā benedictionem non dimisit.

Moëses angelum DEI in rabo virente & ar-  
dente, nec tamen adustionem sentiente cernens,  
conjunctionem hodierno natali duarum naturarū  
mirabilem conciliatam, prævidit. Quin & Eli-  
seus Propheta resuscitato filio Sareptana vidua vi-  
vum quasi exemplar natiuitatis hodierna mirabi-  
lis, exhibuit.

Is enim primo præmisit famulum cum baculo ca-  
da veri imponendo, quo vitam non restituentem,  
ipse

ipse Propheta adveniēns incubitu suo membrorumq;  
adaptatione, corpus exanime spiritu vivo refocilla-  
vit. Hand secus Prophetarum omnium princeps  
ac Dominus viduata Ecclesia precibus fatigatus,  
primo Moësen cum baculo legis ablegavit, quo velut  
medico nimis rigido de salute nostra desperante, ipse  
Filius DEI ex alto oriens nos visitavit, natura no-  
stra contracta se coequans adaptavit lumen divi-  
num humano, os ori, linguam linguæ applicans, vi-  
sum vocemq; nobis restituit, manibus suis perforatis  
imbecillitatem nostram roboravit. Amore nostri  
verus hiccè Simson à Dalila, Ecclesia sua vinciri, li-  
gari, spoliari se passus est.

Amoris hujus certâ fide Patriarcha suffultus,  
ait, salutare tuum exspectabo, interim caro mea re-  
quiescet in spe. Hujus fiducia efficacia, impul-  
sus Esaias, silentium rupit; Non quiescam, in-  
quiens, antequam splendor justus egrediatur ex Sa-  
one, & accendatur lampas, fessensq; progerminet  
surculus. Et alibi ex imis visceribus ebuccinat:  
Rorate cœli & nubes pluant justum, aperiantur  
terra, & producant Salvatorem. Eidem David  
dum lumen in tenebris accensum & latitiam probis  
exortam esse latatur, concinit. Hos clamores, hæc  
jubila, hæc desideria Patrum, nobis hodie Ecclesia  
inculcat, ut per desideria precedentium, subsequen-  
tium gratiam nobis ob oculos ponat. Quod enim

illi expetebant, nos tenemus, quod illi de longinquo salutabant, id nos possidemus, quod illis epistola de venturo Messia promittebat, id Christi natiuitas nobis praestat, quod illis chirographum constituerebat, id nobis debiti exsolutio exhibet. Quod illi progerminare viderunt, id nos carpinus.

Beatos itaq; merito Apostolos suos, nosq; eorundem discipulos, hodie summo illo bono tantopere à patribus desiderato & anhelato affatim potientes fruiscientes, Salvator noster apud Evangelistam depradicat. Huius Jubilai natalis felicitatem caelorum chorus panegyri letissimã depradicat, pastores, pastorumque greges tripudiant, ipsiq; adeo boves & asini ad praesepia stantes gestiunt, nosq; ad Eucharisticum hostimentum velut incitant & invitant. Quod certè nisi devotione piã & voce letã exsolvam, increpatione prophetica ingratitude nostram perstringente, digni simus.

Milvus inquit Jeremias in caelo cognovit tempus suum; turtur, hirundo, & ciconia cognoverunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognovit iudicium Domini. Si alites conditioni temporis se accommodare norunt, quæ quæso agrestitas & impietas esset, temporibus ab Ecclesia ad tantum mysterij tantiq; beneficij recordationem indictis, prophanis negocijs vacare. Divus Bernhardus ingratitude humani generis detestans, exclamat:

Ar-

Ardorem desiderij Patrum suspirantium in carne  
Christi frequentissimè cogitās confundor, inquit, &  
compungor in memet ipso & vix contineo lachri-  
mas, ita me pudet teporis & torporis miserabilium  
teporum horum. Quid existimatis, si Bernhardus  
redi vivus paradisi nostri Academici angulos perre-  
ptans alumnos nostros non in museis, vel templis,  
nato Salvatori cum angelis divinum illum pœana  
Gloria in excelsis &c. decantantes, sed in popinis,  
gurgustijs delitescentes, vicijs desudascetes, Veneri  
Bacho litantes, impijs vociferationibus, Cyclopis  
boatibus plateas & fora replentes, bonis & probis  
technas & retia tendentes, eosdem artibus Satani-  
cis, phanaticis scorfisticis, inquam, expilantes, depre-  
henderet, ane putatis ipsum profuse lachrimatu-  
rum & impietatem, ac plusquam beluniam ferociam  
& feritatem detestaturum? Ast ut hirci petulci  
& olidi ab hœdis, ita & Academici fuci à genuinis  
verisq; alumnis sunt secernendi. Hi namq; spon-  
so suo hodie thalamum sponsa Ecclesia ingredienti  
lectulum floridum, tigna cedrina, laquearia cypres-  
sina, ut est in Canticis Salomonis adornant. In hu-  
jusmodi hospitium sponsus hiece lubenter declinat,  
sponsam suam recreat, & secum domum in cœleste  
patris sui ~~in~~ deducit. Quicumq; itaq; in  
sponsi hujus dulcissimi comitatu esse expetit, is mun-  
di hujus peruersum contubernium deserat, vete-

veteris Adami exuvias abiciat, novum hominem induat, filium hodie nobis datum & natum devoto corde & pio affectu veneretur, laudet, & colat; noctes hasce longiores cum eodem dividat, & illud Propheticum adimplere satagat, In noctibus extollite manus vestras, & benedicite dominum.

Theodosius Imperator hunc diem sine strepitu peragi debere sanxit, eundem Leo & Anthemius voluptatibus occupari, bestiarum lacrimosis spectaculis vel Circensibus ludis, scenis Theatricis, alijsq; similibus a vocamentis ludicris prophanari, sub pœna amissionis militia (qua relegationem Academicam denotat) prohibent.

Quamvis autem non dubitemus, quin cives Academici, ultrò & sponte legibus divinis & humanis parituri & hosce insequentes dies natalitios Nati Emanueli sacraturi, eiq; thure pura mentis, & piarum precum litaturi sint, id tamen sine furore & fraude sedulò ut faciant, à scurrilibus discursationibus, scoricis, diabolicis rapismatibus abstineant, & omnia quæ ordinem nostrum dedecent, eumq; odiosum Deo & hominibus reddunt, devitent, & fugiant, paternè & sedulò eos monemus & hortamur. Sin secus, quod abominamur, faxint, certo statuunt se vindicem manum magistratus, vel si eam fraude eludent, Jehovæ coercionem severam, quam frustrari nequeunt, experturos. P. P. ipsis Genethlijs Emanuelis nostri. Anno 1619.





Ardorem desiderij Patrum suspi-  
Christi frequentissime cogitas con-  
compungor in memet ipso & vi-  
mas, ita me pudet teporis & torp-  
teporum horum. Quid existima-  
redivivus paradisi nostri Acaden-  
ptans alumnos nostros non in m-  
nato Salvatore cum angelis divi-  
Gloria in excelsis &c. decantam-  
gurgustijs delitescentes, vicijs desu-  
Bacho litantes, impijs vociferat-  
boatibus plateas & fora replente  
technas & retia tendentes, eos de-  
cis, phanaticis scorfisticis, inquam-  
benderet, anne putatis ipsum pro-  
rum & impietatem, ac plusquam  
& feritatem detestaturum?  
& olidi ab hædis, ita & Acaden-  
verisq; alumni sunt secernendi  
so suo hodie thalamum sponsæ E-  
lectulum floridum, tigna cedrina  
sina, ut est in Canticis Salomoni-  
jussmodi hospitium sponsus hicc  
sponsam suam recreat, & secum  
patris sui in thalamo deducit. Q-  
sponsæ hujus dulcissimi comitatu-  
ar hujus perversum contube-



the scale towards document

carne  
nit, &  
lachri-  
bilibum  
bardus  
perre-  
mplis,  
pœana  
opinis,  
Veneri-  
clopicias  
probis  
Satani-  
depre-  
rimatu-  
rociam  
petulci  
enuinis  
q; spon-  
cedienti  
cypres-  
In hu-  
eclinat,  
celeste  
q; in  
is mun-  
eserat,  
vete-